

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Rhetorica divina

Guilelmus <Arvernus>

[Freiburg im Breisgau], nicht nach 1491

Commediatio [...] Guilermi parisiensis. actoris sequentis libri. qui Rhetorica divina preitulatur. Prologus

[urn:nbn:de:bsz:31-311723](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-311723)

Prologus

Comendatio prestantissimi et incomparabilis doctoris magistri Guilelmi parisiensis actoris sequentis libri qui Rethorica diuina pretitulatur.

Prologus

Guilelmus episcopus parisiensis / natione aluer-
nus / doctor profundus et vnctus / ex
cuius schola / velut ex vberissimo fonte sapientie
innumerabiles preclarissimi viri emerere / pre-
ter eximios laborum suorum fructus / bibliotece
ecclesiastice plurimos et preciosos librorum the-
sauros adiecit / Exposuit nempe luculenter et
singulari more Psalterium / Proverbia Salo-
monis / Ecclesiasten / Lantica canticorum / et
Mattheum euangelistam / Edidit opus ma-
gnum et isigne de vniuerso / cuius sex partes sunt
Quarum tres prime / de vniuerso corporeo / re-
lique vero de vniuerso incorporeo seu spiritu-
ali latissime tractant / Composuit et Rethori-
cam diuinam / opus singulariter deuotum / in
cuius conscriptione calamum in corde tinxit
cuius lectioni sedule se quiuis ecclesiasticus /
cuius peculiare officium orare est / dare debe-
ret / Quis enim mechanicus sue vocationis et
artis / industriam non concupiscit habere / Tra-
ctatum etiam de primo principio / quod deus est
Tractatum de trinitate / et notionibus ac p-
dicamentis in diuinis / Tractatum cur deus ho-
Librum de sacramentis magni / cui non est si-
milis alter / Tractatum de animabus humanis
comendatissimum / Tractatum de bono et malo
Librum de fide et legibus / Summam de virtutibus et
moribus / de vitiis et peccatis / ac meritis et re-
tributionibus / Tractatum de opibus ac mira-
bilibus virtutum / Tractatum de laudibus pati-
entie / Tractatum de donis scientie / Tractatum

de xxx remedijs temptationum / Tractatum de
vocatione ad beneficia ecclesiastica / et de plu-
ralitate beneficiorum in vnitatem persone / in quo di-
uini honoris zelosissimum se fuisse declarat
Tractatum de claustro anime / opus multa bre-
ui sinu continens / Declamatorios sermones
exhortationum popularium / et alios libros et tra-
ctatus copulatos / qui totales ac tanti sunt / vt
sanctos doctores Thomam et Bonauenturam
in sapientie eminentia a plerisque doctissi-
mis viris / vel equare vel antecellere iudican-
tur / Dum hic vir eleuare intelligentie / et p-
funde speculationis / sancrimenta morum singu-
lariter conspicuus / ante pontificatum parisi-
theologiam fructu multo publice legeret / et
amicus suus magnus / ab episcopo quodam ac-
cepisset mandatum litteris expressum / vt pre-
bendam in ecclesia eius vacantem / conferret
alicui viro bono / sibi eam obtulit / Cui statim
respondit / Non habes o amice potestatem con-
ferendi prebendam nisi viro bono / nec fines ip-
sius mandati excedere potes / non igitur mihi eam
dare vales / qui non sum vir bonus / et hac via
se euasisse magnopere gloriabatur / Virum sin-
gularem / et ipso fenice rariorē magnus / vtiq-
preconijs extollendum / Illo etiam tempore
diuini verbi predicatione abunde fructifica-
tas plures communes mulierculas a peccatis
retraxit / quibus parisiensis nouam domum filiarum
dei inchoauit / Anno dñi / M. cc. xxv. et harum
exemplo cepit hic ordo in alijs etiam ciuitati-
bus dilatari / Demum biennio elapso / anno vi-
delicet dñi / M. cc. xxvij. mortuo episcopo Bertho-
lomeo parisiensis ecclesie / cathedre pontificali di-
gnissime prefectus est / cui multo fructu deser-
uiuit tempore longo / semper lingua calamocq-
deuotissimi doctoris officium adimplens.

videtur in hunc quodammodo esse